& cotidie recipiunt illam inprecationem· sanguis eius super nos & su
per filios nros; & non solum ipsi sed & uicini & proximi eorum omnes
qui legem & prophetas sequuntur iuxta occidentem litteram· & non
iuxta spm uiuificantem· & omnes pariter peribunt qui a pariter pec
XXXII cauerunt· Haec dicit dns; ecce populus ueniet de terra aquilonis; & gens
magna consurget a finibus terrae; sagittam & scutum· siue zibynna
arripiet· crudelis est ut inpudens & non miserebitur; uox eius qua
si mare sonabit· & super equos ascendent; praeparati quasi uir ad
proelium· aduersum te filia sion; Proprie hoc de babylonius pro
phetatur· qui uenturi sunt contra populum hierusalem· & omnis
armaturae ordo describitur; & inpetus proeliantium· ut uocis
terrore concussi agant paenitentiam· & dementissimum placent
dm; denique dat occasionem rogandi dum dicit· aduersum te filia
sion; possumus hoc testimonio abuti persecutionis tempore·
quando omnis aduersum nos diaboli rabies concitatur· nullaque
misericordia est· & quasi uehementissimi maris fluctus· ita op
primunt resistentes; Audiuimus famam eius· dissolutae sunt
manus nrae· tribulatio adprehendit nos· dolores quasi parturi
entis; Respondit populus cui propheta immo per prophetam
dns babylonios comminatus est· quod ante quam ueniant timore
superati sint nec possint eleuare manus; & angustia eos conpre
henderit quasi dolor parturientem· quo dolore nihil adfirmant
grauius que senserunt; Nolite exire ad agros· & in uia ne am
buletis· qm gladius inimici pauor in circuitu; Docet euangeliu

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0076